Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26101
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sensus ablatu a corpore. ut id quod per corpus uidebatur inueniatur in spiritu. et tu spiritualis uisio sine corporali fieri potest. cui absentium corporum similitudines in spiritu apparent. et singuntur multae parabolae. et per arbitrium demonstrantur. Et spiritalis uisio indiget intellectuali ut diiudicetur. intellectualis ista spiritali uisione inferiore non indiget. ac per hoc spiritali corporalis. intellectuali autem utraque subiecta est. Cui quoque legimus spiritalis omnia diiudicat. ipse autem a nemine diiudicatur. nisi secundum spiritum aut mens discernitur. sicut illud quod dictum est. orabo spiritu orabo et mente. si ex illa ratione debemus accipere quod dictum est renouamini autem spiritu mentis uestre. Iam enim superiore documento alio modo spiritum dixi. secundum quem spiritalis omnia diiudicat. Quae profecto non absurde neque incuenienter arbitror spiritalem uisionem intellectualem et corporalem tamquam mediocritatem quandam opponere. puto enim non incongruenter medium dici. quod quidem corporum non est. si simile est corporis. illud quod uere corporum est. illud quod nec corporum est nec simile corporis. Illud autem aut aliam similitudinem rerum non earum uicio si opinionis suae. cui approbat quasi similia sapiens quibus similia sunt. ab intelligentia deficiens. Fallitur quoque in uisione corporali. cui ipsis corporibus putat fieri quod fit in corporis sensibus. sicut nauigantibus uidentur interdum mouerique stantes et interuentibus celum stare sydera quae mouentur. et diuaricatis radiis oculorum duas lucernae species apparere. et in aqua rem infractam aut multa huiusmodi. aut cui putat hoc esse quod simulatur colorati esse. et simulatur sonare et olere et sapere et rangere. Hinc enim et medicamentum aliquod ceratum coctum in cacabo putatur legumen. et sonitus in seuum uehiculi putatur esse intrus. et si nullus alius sensibus exploretur si soli adiacent olfactui carum putantur herbae quae uocantur apiariae. et cibus aliquis dulcicolo succo affectus putatur mellis esse. et ignis ouanulus uectatus in tenebris putatur aureus. cui sit ferre et argentum. aut cui repentinis inopinatisque corporalibus uisis anima turbata et insomnis uidi se putat et aliquis huiusmodi spiritali uisione afficiendis ~~nouum~~ tomibus corporalibus uisis. et aliorum sensuum testatio et maxime ipsi mentis atque rationis adhibetur. ut quod in hoc rerum genere uerum est inueniatur quantum inueniri potest.

. xvii.

et ipsa mente